

MAGISTRI HONORII

SUMMA QUAESTIONUM

‘DE QUAESTIONIBUS DECRETALIBUS

TRACTATURI’

TERTIA DISTINCTIO

TITULUS 1: DE IURE NATURALI

Textus

Ediderunt

NIELS BECKER • WALTRAUD KOZUR • KARIN MIETHANER-VENT

< TERTIA DISTINCTIO >

D.3 t.1 de iure naturali

pr. Primam et secundam distinctionem hactenus perstrinximus. Nunc autem eo docente qui docet mites uias suas tertiam questionem matrimoniales et dubitabilia que circa matrimonium proponi possunt continentem breuiter perstringemus. Sciendum autem ante omnia:
 5 matrimonium inter cetera ecclesiastica sacramenta non minimum locum optinere meruit, quia testante doctore gentium magnum est sacramentum in Christo et ecclesia. Preminet enim ceteris temporis dignitate et rei significate sanctitate et loci institutionis auctoritate. Cum enim cetera sacramenta originem habuerint uel a ueteri
 10 testamento, ut sacramentum unctionis regum et episcoporum et si qua similia, uel a nouo, ut baptismus et eucharistia et huiusmodi, solum matrimonium est humane nature coeuum. Item quid sanctius coniunctione Christi et ecclesie que in matrimonio significatur? Item cum cetera sacramenta in terra, solum istud in paradiso fuit institutum.
 15 Quoniam ergo a solo iure naturali matrimonium exordium habuit, recte de iure naturali quedam prelibanda censem. Primo considerantes quot et que sint iuris naturalis acceptiones, et quoniam ius naturale consistit in preceptis, prohibitionibus et demonstrationibus, que circa singula dubitabilia proponantur, inquiramus. Sciendum est igitur
 20 uarias esse acceptiones iuris naturalis, quas ignorantes de facili paralogizantur. Sex ergo dicimus esse acceptiones iuris naturalis:

tit. de iure naturali *marg.* B fol. 33^{va}, de iure naturali *supra col.* D fol. 26^r et 27^{rv}, de tertia questione *in lin. (rubr.)* D fol. 26^{rb}

pr. 6 gentium ZBD, 9ñtium P, *om.* L 10 regum ZB, reġ P, regis LD 13 coniunctione LBD, 9unctoñm P, cum unctione Z 14 solum *ras. praem.* P 21 Sex] v. P

pr. 2 *docet - suas* cf. Ps. 24.9 6-7 *magnum - ecclesia* cf. Eph. 5.32 17-18 *ius - demonstrationibus* cf. Jo. Fav. 2^{rb} et Ruf. 6 19-49 *Sciendum - fieri* cf. S. Kuttner, *Reperitorium*, p. 201-203; Hon. S. *Decr.* pr. et S. *Lips.* D.1 pr.

Primo modo dicitur ordo quidam et instinctus nature, secundum quem similia ex similibus procreantur. De hoc iure dicit iurisperitus: 'Ius naturale est quod natura omnia animantia docuit'. **Secundo** dicitur ius
 25 naturale licitum et approbatum quod a Domino nec precipitur nec prohibetur, quod et fas appellatur, ut suum repetere, non repetere. De quo dicit Apostolus: 'Omnia michi licent'; Augustinus super illum locum: 'Licent que nullo precepto Domini precipiuntur uel prohibentur'; Ambrosius: 'Licent lege nature'. **Tertio** ius naturale dicitur
 30 precepta euangelica et legalia. Et dicitur ius naturale uel quia a Deo, qui est summa natura, est proditum, uel innatam siue naturalem sequitur equitatem. Ius idem diuinum appellatur, quia a Deo sine hominum ministerio sub miraculorum ostensione est proditum, lex uetus in fulgure et tonitruo, doctrina Christi in linguis igneis. **Quarto**
 35 dicitur ius naturale quedam habilitas, qua homo statim, ut est, habilis est ad discernendum inter bonum et malum, secundum quod dicitur ius naturale facultas discernendi bonum a malo cum approbatione unius et detestatione alterius, et hoc liberum arbitrium potest dici. De hoc iure dicit Apostolus: 'Video legem in membris meis repugnantem legi
 40 mentis'. Ex hac lege ligamur; unde ab effectu lex appellatur. **Quinto** dicitur ius naturale iudicium rationis. Vnde Origenes et Remigius super

pr. 22 modo *om.* P dicitur ZBD, uidetur P, in naturali *add.* Z 22 quem ZB, quod PLD
 23 iurisperitus ZBD, iurispertus P, *om.* L 26 ut (est *add.* D) suum repetere non
 repetere ZD, ut suum repetere (non repere *marg.*) P, ut suum repente non repetere L, ut
 repente uel non repente B 28-29 prohibentur] propterhibentur P 30 uel quia
 a Deo B, uel a Deo P, quod (*supra lin.* D) uel a Deo LD 30-32 uel a Deo - appe-
 llatur *om.* Z 33 proditum] hoc factum fuit primo die *marg. add.* P 34 Quarto]
 Queritur P, modo *add.* L 35-36 ut est habilis est L, ut est habilis P, est habilis D,
 ut conscit habet Z, ut c^escit habet B

pr. 22 *ordo - nature* cf. Hon. S. *Quaest.* D.3 t.1 q.17 (lin. 410), q.20 (lin. 524) et q.21 (lin. 546, 552, 557, 561, 570); cf. Hon. S. *Decr.* pr. (lin. 4-5), ad D.1 c.7 (lin. 2, 7, 62, 66, 74, 92) et S. *Lips.* ad D.1 pr. (lin. 5), ad D.1 c.7 (lin. 5-6) 23-24 *Ius - docuit* cf. *Dig.* 1.1.1.3 et *Inst.* 1.2.pr.; cf. Jo. Fav. 2^{rb} et Ruf. 6 25 *licitum et approbatum* cf. Hon. S. *Quaest.* D.3 t.1 q.20 (lin. 516, 526) et q.21 (lin. 542, 548, 550, 562, 571); cf. Hon. S. *Decr.* pr. (lin. 7), ad D.1 c.1 (lin. 32), ad D.1 c.7 (lin. 72) et S. *Lips.* ad D.1 pr. (lin. 8), ad D.1 c.7 (lin. 14, 66) 27 *Omnia - licent* cf. 1 Cor. 6.12, 10.23 et *Gl. ord.* ad 1 Cor. 10.23 28-29 *Licent - prohibentur* cf. Augustinus, *Ad Pollentium de adulterinis coniugiis* 1.14.15 29 *Licent - nature* cf. Ambrosiastri *Comment. in epist. ad 1 Cor.* 6.12 et 10.22(!) 39-40 *Video legem - mentis* cf. Rom. 7.23 41 *iudicium rationis* cf. Hon. S. *Quaest.* D.3 t.1 q.7 (lin. 189) et q.21 (lin. 548, 550, 558, 564); cf. Hon. S. *Decr.* pr. (lin. 23-24), ad D.1 c.7 (lin. 57, 87) et S. *Lips.* pr. (lin. 10), ad D.1 pr. (lin. 25), ad D.1 c.7 (lin. 8, 15-16) 41-45 *Vnde Origenes - bonum* cf. Origenes, *In epist. ad Rom.* 2.8.9; *Gl. ord.* ad Rom. 2.14

- illud Apostoli: 'Cum enim gentes legem non habeant, naturaliter tamen que legis sunt faciunt', idest iudicio rationis, et infra: 'Si non habent gentes legem scriptam, habent tamen eam qua intelligunt, idest discernunt, et sic conscii sibi sunt quid sit bonum.' **Sexto** dicitur ius naturale ipsum operari, scilicet observatio diuinorum mandatorum. Vnde Hilarius: 'Lex naturalis est nemini iniuriam facere, nichil cuiquam preripere, et ut uniuersaliter dicam, id cuique non facere quod sibi nolit fieri'. His ergo acceptionibus consideratis facile erit respondere
 50 sequentibus, hoc tamen prenotato quod dicta apostolorum et iiii. generalium conciliorum sunt portio iuris naturalis, secundum quod dicitur diuinum. Vnde non est concedendum quod sit positium. Aliorum uero dicta, que ius canonicum censentur, proprie ad ius positium pertinent; impropria tamen et larga appellatione etiam ad ius
 55 naturale spectant.
- q.1** De preceptis ergo utpote de dignioribus primo dicendum est, proponentes que dubitabilia uidentur.
- Et primo **queritur** de illo quod generalius est ceteris, quo quilibet iubetur alii facere quod sibi uult fieri. **Queritur** ergo, utrum sit preceptum uel consilium.
- Preceptum **uidetur** esse. Nam cum preceptum sit quemlibet 'diligere proximum sicut' etc., consequenter preceptum intelligo cuilibet facere quod sibi uult fieri. Item ad illud sequitur istud, ergo uno precepto reliquum preceptum intelligitur, arg. xxiii. Q.v. Si non.
- 65 **Econtra uidetur** quod non sit preceptum, quia nec in ueteri nec in nouo testamento expressum reperitur, nec ergo preceptum intelligitur. Nam quicquid est preceptum, expressum est, arg. xxviii. Q.i. Iam nunc.

pr. 47 naturalis] naturale P 50 dicta] cā P 53 censentur *emend.*, censantur P, censet L, considerant Z, considerantur B, censendum D

q.1 59 sibi] si P 60-62 uel - intelligo *om.* D 61-62 sit quemlibet dili[gere] proximum sicut conse[quenter] preceptum *marg.* P, quilibet diligere sicut proximum consequenter L, sit quemlibet proximum diligere sic consequenter ZB 62 etc. *add.*, *emend.* 62 intelligo] xxiii. Q.v. *add.* P 64 Si non PLZD *et Friedb.*, Si uero B 67 Nam] Resp. *praem.* Z, Respondemus *praem.* B xxviii.] xviii. L

pr. 42-43 Cum - faciunt cf. Rom. 2.14 47-49 Lex naturalis - fieri cf. Hilarius, *Tract. in psalm.* 118.15.11, PL 9.604

q.1 59 alii facere - fieri cf. Luc. 7.31 61-62 diligere - sicut cf. Matth. 22.39 64 C.23 q.5 c.9 (in §2) 67 C.28 q.1 c.8

Item si esset preceptum et generale, ergo quicquid michi uellem
facere(!), et alii deberem idem facere, ergo si uellem michi dari centum,
70 deberem alii dare centum. Item pari ratione, si uellem michi ludibria
fieri uel iniuras inferri, deberem alii hoc facere?

Solutio: Dici potest preceptum esse et generale de beneficiis tantum
intelligendum. Et sic debeo dare alii centum, si uellem michi dari
eadem, subaudi iuste. Nam si iuste ex aliquo titulo uolo michi dari
75 centum, eadem manente iustitia et titulo alii debeo dare. Nec obstat
obiectio de iniuriis, de quibus sibi irrogandis non proprie dicitur quis
'uelle', set 'concupiscere'. Voluntas enim in bono concupiscentia in malo
accipitur.

q.2 Item **queritur** de illo euangelico: 'Omnia quecumque uultis' etc.,
80 qualiter sit intelligendum, quia si notat omnimodam expressionem,
omnes homines sunt transgressores illius precepti.

Resp.: Dici potest quod expressionem notat, set hoc si suppetat
facultas. Si non suppetit, tunc notat similitudinem, non expressam, ut
saltem uicem quandam debeamus rependere, puta animi compassione,
85 ut di. xlv. Sunt namque.

q.3 Item reddere uotum est a iure naturali preceptum, aut precep-
tum fuit, tam de simplici quam de sollempni, uel(!) non?

Videtur quod de utroque, quia generaliter sine distinctione hoc dictum
est. Ergo de utroque datum intelligitur. Ergo sicut unum indispen-
90 sabile, sic et reliquum.

Item si de altero tantum, ergo de reliquo consilium tantum est. Set si
hoc, ergo frangere uotum simplex non est mortale. Set hoc falsum, ut
xxvii. di. Si uir. De hoc latius inuenies infra t. De uoto.

Solutio: Dici potest redditionem uoti in genere a iure naturali esse.
95 Ecclesia tamen distinctionem introduxit, quod bene potuit, ut alio
modo preceptum intelligatur de tali et alio de tali. De illo dispensa-
biliter, de isto non. Dispensabiliter dico post fractionem et non ante.

q.1 69 uellem] nollem P 72 de] ad P, et *praem.* ZB 74 ex] aex P, ab D, *om.* L

q.2 81 homines *marg.* P 82 Resp.:] Solutio *add.* D 85 xlv.] xli. Z

q.3 88 quod] et P 93 Si uir *om.* L infra D, in LZB, ibi (r!) P uoto] sim<plici>
add. ZB 97 Dispensabiliter] <...> est ratio diuersatatis(!) quod post et <...> ante
hoc(?) est quia factum est quod <...> est puta qualiter matrimonium <...> aliis
quantum/quot(?) nec post nec ante *marg. add.* P (*gl.*)

q.2 79 *Omnia - uultis* cf. Matth. 7.12 85 D.45 c.14

q.3 93 D.27 c.3 *infra t. De voto* cf. Hon. S. *Quaest.* D.3 t.V qq.7-9 (B. Grimm, *Die Ehelehre*, p. 301-305) 94-103 *Solutio - dispensat* cf. Hon. S. *Quaest.* D.3 t.V q.8 (B. Grimm, *Die Ehelehre*, p. 303-305) et Hon. S. *Decr.* ad D.27 p.c.8 (lin. 67-85) et ad D.8 p.c.1 (lin. 22-27)

Vnde congrue dici potest redditionem eque preceptam esse. Vnde nec circa redditionem dispensat ecclesia, licet quandoque circa alterum
 100 dissimilet, ut xxvii. Q.i. c. ult., set circa fractionem. Vnde redditio generaliter est a iure naturali, pena fractionis est ab institutione ecclesie. Vel dici potest circa redditionem preceptum uarium esse secundum quod ecclesia difficilius istius quam illius fractionem <dispensat>.

q.4 Item de illo precepto 'Honora patrem' etc. **queritur**, an eo non
 105 obstante filius possit patrem excommunicare.

Et **non uidetur**, quia eum excommunicando ab omnium et a sua communione reicit, ergo eum inhonorat, ergo reus est illius precepti. Item ipse habet necesse ei excommunicato communicare, ut xi. Q.iii. Quoniam, quanto ergo minus poterit eum ab aliorum communione
 110 remouere. Item etsi malus sit pater, bonus filius, tamen a filio debetur ei honorificentia, ut ii. Q.vii. Queritur.

Econtra: Preest patri, quia eius pater spiritualis est, ergo eum ut subditum, ut filium potest excommunicare. Item non est sub potestate patris, quia episcopalis dignitas eum a potestate absoluit, ut di. liiii.
 115 Si seruus. Item in spiritualibus non debet haberi, maxime in sententiis, personarum acceptio, ut ii. Q.v. c.ii. Cum ergo hic contumax et ita excommunicari debeat, ut xi. Q.iii. Certum, non est ei deferendum. Item posito quod esset papa filius, et pater in sua diocesi delinqueret, numquid non posset eum excommunicare, cum nec alius in diocesi pape
 120 unum transiret delictum impunitum?

Solutio: Dici potest quod eum excommunicare debet nec sic eum inhonorat; nec enim hoc principaliter intendit, set corrigere. Vel dici potest eum honorandum, dum potest iuste; nec hec expositio aliena, immo a lege etiam introducta, arg. xxiii. Q.viii. Legi.

q.3 99 redditionem] Resp. *add.* Z 102-103 secundum - fractionem] quam (quod B) nullius fractione ZB 103 quod *emend.*, quos PLD dispensat *coniec.*, *om.* PLZBD
q.4 104 Honora] honoro P etc. ZBD, et matrem L, *om.* P 111 Queritur PZBD *et Friedb.*, Queruntur L 113 subditum] subitum P 117 deferendum] defendere P 124 Legi PD *et Friedb.*, Leg L, Legis ZB

q.3 100 C.27 q.1 p.c.43
q.4 104 *Honora patrem* cf. Ex. 20.12, Deut. 5.16, Matth. 15.4 108-109 C.11 q.3 c.103 111 C.2 q.7 c.36 114-115 D.54 c.20 116 C.2 q.5 c.4(!) 117 C.11 q.3 c.43 124 C.23 q.8 c.13

- 125 **q.5** Item educare filios est preceptum iuris naturalis.
Queritur utrum generale ad filios, quod omnes debeant exhiberi, et ad patres, utrum quilibet pater debeat exhibere.
 Et ad omnes filios **non uidetur** esse generale, quia filios excommunicatos non tenetur exhibere, ut xxvii. Q.i. De filia. Item esurienti quilibet
 130 debet panem subtrahere, si iustitiam negligit, ut v. Q.v. Non omnis. Item hereticos non exhibebit, quia omnes interficere potest, ut xxiii. Q.viii. Legi. Non ergo generale est preceptum ad omnes filios.
Econtra uidetur quod exhibebit, ut xi. Q.iii. Quoniam. Item pena est patris non alentis filium anathema. Indistincte dicit ‘filios’, quare de
 135 quibuslibet intelligi debet, ut di. xxx. Si quis. Item patribus etiam infidelibus tenentur filii ministrare, ut di. xxx. Si qui filii, quare et parentes talibus filiis. Item nec quilibet hoc precepto arcetur.
 Posito quod abbas uel claustralis habeat filium spurium, **queritur** ergo utrum alere teneatur.
 140 Et **non uidetur**, quia nulla propria habet, set dando ei communia sic appropriabit et hoc facere non debet, ergo nec alere, cum aliter non possit. Item dispensator qui pauperibus prouidet uix permittitur dare cognatis, ut xii. Q.ii. Quisquis, xvi. Q.vii. Peruenit. At hic dispensator non est, non ergo aliqua ei dare poterit.
 145 Set nonne de pane qui sibi assignatur aliquam partem ei dare poterit? **Non uidetur**, quia communis est; non est concessus ad dispensandum ab eo, set ad comedendum, ut residuum dispenset pauperum procurator.
Econtra uidetur: Legitur de quadam uirgine, que sub habitu uirili
 150 monachicum habitum suscepit, cui postea cum mulier quedam filium ascripsisset, ipsum autem pauit de reliquis panis sui, quod non fecisset, si iuri naturali contrarium esset.

q.5 127 patres] et *add.* P 129 xxvii.] xxxvii. ZB 131-133 Q. viii. - xi.] [Q.] viii. Legi. Non ergo generale [est] preceptum ad omnes filios. [E]contra uidetur quod exhibebit, ut [x]i. *marg.* P 132 Legi *om.* ZB 133-135 Item - Si quis *om.* Z 135 debet BD, deberet P, debeat L Si quis] d<ereliquerit> *add.* D (*cf. Friedb.*) 136 Si qui PZBD *et Friedb.*, Si quis L 138 uel] et P 139 utrum *om.* P 141 appropriabit] approbabit P 143 ii. *om.* P xvi.] et *add.* ZB, xv. L 143 At] Demonstrato simplici monacho *marg. add.* P (*gl.*) 145 Set - poterit *marg.* P 145 nonne L, non PZB, tamen D 150 monachicum] monachium PB 151 ipsum autem L, ip̄ autem P, ipsa eum ZB, ipse autem D

q.5 125-163 Cf. Hon. S. *Decr.* ad D.1 c.7 (lin. 44-55) 129 C.27 q.1 c.26 130 C.5 q.5 c.2 131-132 C.23 q.8 c.13 133 C.11 q.3 c.103 135 D.30 c.14 136 D.30 c.1 143 C.12 q.2 c.19; C.16 q.7 c.3

- Solutio:** In primo casu dicatur preceptum ad filios omnes porrigi. Educatio enim ad omnes pertinet. Set modus in educatione a sanctis
 155 patribus distinctus est, ut dictum est supra de uoto simplici. Bonos enim passim tenentur patres educare, malos autem non nisi ex necessitate. In secundo dicatur ad omnes patres illud preceptum extendi, qui habent unde exhibeant, ut per hoc excludantur claustrales qui nichil habent, nec sunt dispensatores qui bene possent clam alere
 160 filios ut alios pauperes. Num ergo debet malle filium mori quam sine auctoritate prelati aliquid dare? Quid ergo, si uideret alium pauperem fame uel frigore morientem? Num ei partem panis uel uestis dare deberet? Et si alii, nonne magis tali filio? Responsio de his latius infra.
- q.6** Item successio liberorum est a iure naturali precepta. Aut hoc
 165 intelligitur de successionem quoad propagationem aut hereditatis successionem. Si ergo ad propagationem, ergo peccatum originale commiseri gratia fornicationis uitande, cum contra sit xxxii. Q.ii. § Hiis ita, Quicquid. Item si talis successio est precepta, qualiter ergo potuit Apostolus dispensare, ut alia causa commisceretur? Item si precepta est
 170 quoad hereditatem, qualiter ius ciuile potuit statuere ingratum aufere hanc successionem, presertim cum Apostolus dicat, quod parentes filiis debeant thesaurizare, ut xvi. Q.i. Predicator?
- Solutio:** Successionem ad hereditatem a iure ciuili esse introductam, nam iure naturali omnia sunt communia. Recte ergo a iure ciuili potuit
 175 excipi casus ingratitudinis. Vel etiam a iure naturali est, secundum quod ius naturale est diuinum, cuius portio sunt dicta apostolorum, ubi hoc statutum ad quod pertinet ius canonicum, ubi casus ingratitudinis reperitur, ut xi. Q.i. Christianis. Prima melior, secundum quam sola successio ad propagationem est a iure naturali. Nec dispensauit
 180 Apostolus contra; non enim dispensauit, ut aliqui commiscerentur sine spe proles, uel secundaria uel principali. Sic ergo ut supra, non dispensauit circa successionem, set circa modum.

q.5 157 necessitate] necitate P 159 alere om. P
q.6 166 propagationem] purgationem P 167 contra sit] contracsit P ita PLD et Friedb., itaque ZB 169 dispensare] dispense P commisceretur LD, commiscerentur P, intelb'etur Z, intll'etur B 172 Q.i. P, Q.vii. L, Q.ii. ZBD 177 quod ZB, quem P, que LD casus (caus Z) ingratitudinis ZB, casus ingratitudinis uel b'ertitudinis(!) P^{pc}, casus incertitudinis D, casus certitudinis L 179 propagationem] purgationem P 179-180 dispensauit - enim om. P 181 Sic ergo] Solutio ZB

q.5 155 supra - simplici cf. Hon. S. Quaest. D.3 t.1 q.3 et D.3 t.V. qq.7-9 (B. Grimm, *Ehelehre*, p. 301-305) 163 Responsio - infra cf. Hon. S. Quaest. D.3 t.1 q.19
q.6 164-182 Cf. Hon. S. Decr. ad D.1 c.7 (lin. 37-44) 167 C.32 q.2 p.c.2, c.3 172 C.16 q.1 c.64 178 C.11 q.1 c.12

- q.7** Item restitutio depositi uel commodati est a iure naturali precepta, ut di. i. Ius naturale.
- 185 **Set econtra:** Si res deposita communis esset, restitui non iuberetur. Si ergo restitui iubetur iure naturali, ergo aliqua res est propria iure naturali. Set iure naturali omnia sunt communia. Item uidetur potius esse a iure ciuili, a quo prodite sunt actiones depositi et commodati.
- Solutio:** A iure naturali est secundum quod dicitur 'iudicium rationis'.
- 190 Cuilibet enim dictat ratio tale debere restitui. Vel est a iure naturali sub illo precepto contentum: 'Omnia quecumque uultis' etc. Nec repugnat quod est propria, nam iure naturali aliqua res est propria, ut infra dicitur.
- q.8** Item de precepto decalogi: 'Memento sanctificare diem sabbati'
- 195 **queritur**, cum morale fuerit, quare non seruatur, cum omnia moralia etiam ad litteram seruari debeant. Item de primitiis solet queri, cum eodem precepto decime et primitie sint precepte, et de moralibus sint, qualiter non dantur primitie.
- Ad primum **respondeo** quod obseruatio ad litteram non fuit precepta, set mystice spirituale sabbatum, requies scilicet spiritualis a uitiiis, que generaliter ab omni populo debet obseruari. Vel dicatur non esse de decem mandatis. Vel quod dicuntur precepta decalogi esse moralia, pro maiori parte intelligitur dictum. De primitiis respondeatur ut supra t. de decimis et primitiis.
- 200 **q.9** De prohibitionibus consequens est ut aliqua dicamus. Primo ergo **queritur** de illa prohibitione qua prohibetur quilibet alii inferre quod sibi nolit fieri.
- Videtur** quod quilibet iudex transgressor istius precepti sit, nam reo penam sanguinis infert quam sibi nolle inferri. Item huic precepto ius
- 210 canonicum uidetur esse contrarium, quo iudex occidens excusatur, ut xxiii. Q.v. Miles, Cum homo.

q.7 185 deposita LZB, depositi PD iuberetur LD, iubetur PZB 191 contentum] contemptum PZB 192 aliqua om. P

q.8 196 primitiis] principis P 197 sint² ZBD, sit PL

q.9 209 infert] insunt P 211 Cum homo PLD *et Friedb.*, Nemo ZB

q.7 184 D.1 c.7 189 *iudicium rationis* cf. Hon. S. *Quaest.* D.3 t.1 pr. (lin. 41) 191 *Omnia - uultis* cf. Matth. 7.12

q.8 194 *Memento - sabbati* cf. Ex. 20.8, Deut. 5.12 203-204 *ut supra - primitiis* titulus non continetur in S. *Quaest.*, cf. W. Kozur – K. Miethaner-Vent, *Titel in der Quaestionen- und Dekretsumme*, p.161

q.9 211 C.23 q.5 c.13, c.19

- Solutio:** Placet quibusdam ita intelligi debere quod sibi nolit, idest nolle debeat fieri. Ideo dicitur 'nolle fieri debet', quia iudex sibi delinquenti debet uelle infligi penam, quia ei dictat naturalis ratio
 215 nullum peccatum transire debere impunitum. Set obicitur: Ergo secundum hoc huius precepti transgressor est reus qui se non offert iudici puniendum, item qui laborat uinctus, ut aufugiat. Quid ergo? Resp.: Secundum quosdam notorii tenentur sese offerre, occulti non, quia non debent se scandalizare. Et secundum hoc cessat prima obiectio, quia
 220 non debet iudex alii occulto inferre quod sibi occulto debet nolle inferri. Notorio sibi et alii penam inferre debet. Set obicitur: Si quilibet debet sibi notorio uelle inferri penam, num ergo debet aliquis se morti exponere, cum contra sit xxiii. Q.v. Non est nostrum? Vnde dicatur breuiter de iniuriis esse intelligendum, et sic cessabit omnis obiectio.
- 225 **q.10** Item cum dictum sit indistincte 'non occides', numquid licuit legi uel canoni contra preceptum decalogi dispensare, ut iudices occiderent, ut xxiii. Q.v. Miles? Item quilibet potest occidere causa euadendi. Item numquid deliquit Phinees, qui occidit? Non, ut xxiii. Q.viii. Occidit. Et numquid Moyses? Non, ut xxiii. Q.iiii. Quid crudele. Et numquid Petrus? Non, ut xxiii. Q.viii. Legi.
- 230 **Solutio:** Licet dictum sit indistincte 'non occides', tamen in multis casibus licite occidit homo, nec canon dispensat. Immo is qui prohibitionem indistinctam dedit interpretatus est, etsi non uerbo, tamen opere. Vnde innuit ita esse intelligendum 'non occides', scilicet iniuste.
- 235 Vel dici potest, ubi iuste occiditur, non hominem, set legem occidere, ut xxxiii. Q.ii. Quos Deus.
- q.11** Item circa prohibitionem 'non furtum facies' multipliciter obicitur. Primo, si a iure naturali est, nec in ueteri uel nouo testamento exceptum reperitur, qualiter excusantur Israelite qui furtum in Egypto
 240 fecerunt, ut xiiii. Q.v. Dixit? Item furtum est contrectatio rei aliene.

q.9 218 occulti] occl'r P

q.10 225 Item *om.* P 227 v.] ii. ZBD 229 Q.viii. - ut xxiii. *om.* B 236 xxxiii.]
 infra *praem.* P, i *praem.* D 236 ii.] v. ZB

q.9 223 C.23 q.5 c.11

q.10 225-236 Cf. Hon. *S. Decr.* ad D.8 p.c.1 (lin. 3-10) 225,231,234 *non occides* cf. Ex. 20.13, Deut. 5.17 227 C.23 q.5 c.13 228-229 C.23 q.8 c.14 229 C.23 q.4 c.44 230 C.23 q.8 c.13 236 C.33 q.2 c.18

q.11 237-249 Cf. Hon. *S. Decr.* ad D.8 p.c.1 (lin. 10-16) 237 *non - facies* cf. Ex. 20.15, Deut. 5.19 240 C.14 q.5 c.12

Qualiter furtum est preceptum iuris naturalis, cum ex hoc sequitur de iure naturali rem esse alienam et ita propriam? Item si illo precepto siue prohibitione usurpatio rei aliene prohibetur, qualiter ergo contra prohibitionem decalogi potest aliquis se tueri in re prescripta?

245 **Solutio:** Dici potest ad primum quod Israelite excusantur, quia Domino precipienti obedierunt 'cuius sunt omnia'. Ad secundum respondetur infra, ubi de demonstrationibus agitur. Ad tertium dici potest quia ubi iustus titulus et bona fides, non est usurpatio, immo licita acquisitio. De male fidei prescriptione difficile est responderi.

250 **q.12** Item de prohibitione usure **solet queri**, cum utroque testamento sit prohibita, qualiter Ambrosius xiiii. Q.iiii. c. ult. potuit dispensare, cum in neutro testamento dicto uel facto exceptum ab aliquo reperiatur, ut scilicet sibi acciperentur usure, ubi esset ius belli. Item qualiter Turonense concilium potuit etiam ulterius dispensare, ut
255 etiam ubi non esset ius belli, esset ius usure, cum statuerit etiam clericos qui non habent ius pugnandi, habere licentiam usuras exercendi, puta si crederent predium ecclesiasticum de manu laici redimendum, ut in extra. de usuris Plures? Item qualiter potuit Romanum concilium dispensare, ut Iudei ad fidem conuersi pecuniam
260 usurariam retineant, ut in extra. ex Romano concilio Iudei?

Solutionem omnium huiusmodi collige supra t. de usuris.

q.13 Item **queritur** quomodo dicta apostolorum et quattuor conciliorum recipiant dispensationem, cum ipsa sint portio iuris naturalis siue diuini. Cum enim Apostolus prohibuerit bigamum
265 ordinari, Martinus statuit ordinandum esse in subdiaconum, di. xxxiiii. Lector. Item cum apostoli statuerunt presbiterum fornicantem debere

q.11 244 se tueri in re prescripta L, se tantum (tñ) in re prescripta P, se tueri in lege prescripta Z, se tueri lege prescripta B, se tueri in rescriptiua D 247 de om. P 247 agitur ZB, agitur P, agetur LD 249 De male corr. P² difficile] defifficile P

q.12 251 Ambrosius ZBD, Ambrfi(!) P^{pc}, om. L iii.] iii. P 253 aliquo LZ, alio PBD 253 acciperentur D, accipientur P, excipietur L, recipiantur ZB 259 Romanum D, Ro. L, Reñ. P, Turonensis(!) B, lac. Z

q.13 263 sint LBD, sit PZ

q.11 246 cuius - omnia cf. C.23 q.7 c.2 (in §1) 247 infra - agitur cf. Hon. S. Quaest. D.3 t.1 q.15

q.12 250-261 Cf. Hon. S. Decr. ad D.8 p.c.1 (lin. 19-22) et ad C.14 q.4 c.12 (lin. 7-20) 251 C.14 q.4 c.12 258 Conc. Turon. (1163) c.2; App. 16.9; 1 Comp. 5.15.1 (X 5.19.1) 260 3 Conc. Lat. c.26; 1 Comp. 5.5.5 (X 2.20.21 et 5.6.5) 261 supra - usuris cf. Hon. S. Quaest. D.2 t.10

q.13 264-265 Apostolus - ordinari cf. 1 Tim. 3.2, 3.12 265-266 D.34 c.18

deponi, Silvester tamen dispensauit, ut tantum suspenderetur, ut di.
lxxxii. Presbiter si. Item cum Nicenum concilium de bigamo statuerit
idem quod Apostolus, qualiter apostolicus statuit in contrarium? Item
270 cum Nicenum et Constantinopolitanum statuerint non debere aliquem
suscipi in aliena diocesi nisi cum formata, ut di. lxxiii. In nomine,
qualiter receptum, ut sufficiant littere trium uel quinque episcoporum,
ut di. xcvi. c. i., ii.? Item cum Calcedonense concilium statuerit nemi-
nem duabus ecclesiis prefici, ut xxi. Q.i. c. ii., qualiter dispensatur hodie
275 in contrarium, ut x. Q.iii. Vnio, in extra. de simonia Peruenit?

Solutio: Dici potest ad primum quia Apostolus de subdiacono non
prohibuit, quia subdiaconatus nondum fuerat introductus. Immo etsi de
subdiacono statuisset, responderi potest et ad hec et ad omnia
sequentia quod licite dispensatur contra ista, ubi animaduertitur rigi-
280 dum in personas, non autem ubi super uniuersali statu aliquid dicunt.
Vnde in omnibus premissis subtiliter intuenti animaduersione in personas
uidebitur. Set in ultimo casu qualiter papa potest dispensare, ut qui
nunc illicite tres habet, cras eas licite habeat? Num de mortali peccato
potest facere, ut sit ueniale?

285 **Resp.:** Potest facere ut illa species facti, que modo est mortalis, fiat iam
uenialis, non autem quod semel est mortale fiat ueniale. Sicut ante
dispensationem stare in matrimonio in tertio gradu est mortale, post
dispensationem erit ueniale, non quod non teneatur penitere de eo quod
ante factum est ut pro mortali, quia tenetur, set sic stare ut ante, non
290 est mortale post dispensationem. Ea enim que ab homine statuuntur ab
homine possunt immutari.

q.14 Item **queritur** qualiter post prohibitionem legalium Petrus
excusetur, qui gregem cum Iudeis faciens se a gentilibus subtraxit.

Et uidetur quia mortaliter peccauerit, quia legalia post ascensionem et
295 Spiritus sancti missionem non erant tenenda; ergo, si tenebat ea,

q.13 267 Silvester] Silii P suspenderetur LZB, dispenderetur P, dispensatur D
270 statuerint] statuerunt(!) P 271 lxxiii. *emend. cum Friedb.*, lxxii. PLD, xxiii.
ZB 273 xcvi. *emend. cum Friedb.*, xcvi. PLD, xxvii. ZB c.i.] c.v. ZB
277 nondum fuerat] non fuerit P 279 sequentia] sequena P contra - anim-
aduertitur] vi. di. L 279-280 rigidum in personas P² *in lac.*, in personas LZBD; cf.
Hon. S. *Decr.* ad D.82 c.5 (ubi statutum est aliquid rigidum in personas) et S. *Lips.* ad
D.14 c.2 (ea que rigorem continent et statuta sunt in animaduersionem personarum -
cum non sint de statu uniuersalis ecclesie) 286 non] nam PZ

q.14 293 excusetur] excusetur(!) P, excusantur Z 295 erant] erat P

q.13 267-268 D.82 c.5 268 Nicenum - statuerit cf. D.34 c.14 (allegatur in Hon. S. *Decr.*
ad D.34 c.18) 271 D.73 cc.1,2 273 D.98 cc.1,2 274 C.21 q.1 c.2
275 C.10 q.3 c.3; JL 14192; *App.* 2.7; 1 *Comp.* 5.27.1 (X 5.31.1)

q.14 292-293 Petrus - subtraxit cf. C.2 q.7 c.39 (in §4); cf. Gal. 2

mortaliter peccabat. Item scandalizabat fratres qui de gentilibus conuersi fuerant. Numquid ergo Petrus contra hoc dispensare poterat? Vel numquid, si non peccauit Petrus, male reprehensus fuit a Paulo?

Solutio: In permutatione legalium quedam dispensatiue permitte-
 300 bantur que post non permetterentur. Vnde dicimus peccasse Petrum
 uenialiter tantum. Numquid ergo super ueniali Paulus debuit eum
 reprehendere qui princeps fuit apostolorum, cum contra sit di. xl. Si
 papa? Respondemus ut supra t. de accusationibus.

q.15 De demonstrationibus autem consequenter aliqua dicemus.

305 Et primo quod solet dici demonstratio, ut omnia sint communia.

Videtur esse preceptum, quia contrarium, scilicet habere proprium, est
 iniquum, ut xii. Q.i. Dilectissimi, ergo peccatum. Si peccatum, non
 esset, nisi illud propter quod est peccatum esset preceptum. Ergo illud
 est preceptum. Item Ananias, quia sibi appropriauit, morte eterna et
 310 corporali dampnatus est, ut xvii. Q.i. Ananias; ergo appropriare erat
 mortale peccatum. Item qui plus retinet quam ad sumptum, uiolenter
 retinet, ut di. xlvii. Sicut, ergo iniuste, ergo cum peccato, ergo illud
 propter quod est peccatum est preceptum. Item 'apud Platonem
 iustissime ordinatur ciuitas, in qua quisque nescit proprios affectus', ut
 315 di. viii. § i. Item Nembroth sibi appropriando mortaliter peccauit, ergo
 eo tempore omnia debere esse communia fuit preceptum. Set numquam
 fuit relaxatum preceptum. Ergo adhuc est preceptum, ergo qui sibi
 aliqua appropriant mortaliter delinquant.

Econtra uidetur esse tantum demonstrationem. Nec enim peccat qui
 320 sibi aliqua appropriat, quia iure diuino, quod est naturale, omnia sunt
 iustorum, ut xxiii. Q.vii. c.i. Sic ergo iure naturali nulla sunt in-
 iustorum. Sic ergo non omnia sunt communia. Item contrectatio a iure
 naturali est inhibita rei aliene, ergo illicita, ergo res est aliena licite,
 ergo sine peccato. Item iure canonico quod diuinum potest dici,
 325 prescriptio licita est. Set prescriptione res appropriatur, ergo licite,
 ergo sine peccato; non ergo illud, omnia scilicet esse communia, fuit
 preceptum.

q.15 304 De] Item *add.* L, et *add.* ZB 306 scilicet habere proprium *supra lin.* P²
 307 i. PL, ii. ZBD 309 appropriauit] propriauit P 311 mortale *supra lin.* P²
 311-312 quam - retinet *om.* P 316-317 Set numquam fuit relaxa[tum] preceptum
marg. P 316 numquam PD, numquid ZB, *illeg.* L 322 contrectatio] contractio P

q.14 296-297 Item - fuerant cf. C.2 q.7 c.39 (in §5); cf. Act. 11 302-303 D.40 c.6
 303 ut - de accusationibus cf. Hon. S. Quaest. D.1 t.11 q.3

q.15 307 C.12 q.1 c.2 310 C.17 q.1 c.3 312 D.47 c.8 315 D.8 pr.
 321 C.23 q.7 c.1

Solutio: Dici potest tantum demonstrationem etiam ab initio fuisse, nec Nembroth peccasse appropriando, set indebite concupiscendo; unde
 330 et hodie ex ea cupiditate aliquis sibi appropriando mortaliter peccaret. Vel forte tunc fuit mortale peccatum, non quod illud esset preceptum, set quia modum et statum humane condicionis perturbauit. Ad assiduitatem tractum, non est hodie peccatum. Vnde expone quod dictum est xii. Q.i. Dilectissimis ex iniquitate et non ex equitate, idest
 335 non ex demonstratione naturalis iuris que equa erat uel ex iniquitate, idest sollicitudine acquirendi que est ex iniquitate, idest fomite peccati primi hominis. Quod de Anania dicitur, intelligitur de his qui iter perfectionis arripuerunt, quibus, ut iam dicetur, illa demonstratio est preceptum, quia quod non est preceptum, potest sibi facere quilibet
 340 preceptum. Quod dicitur ultra neccessarium obtentum uiolenter obtineri, uerum est si sit qui indigeat. Nam pro tempore omnia sunt communicanda. Vel uiolenter, idest in preiudicium demonstrationis iuris naturalis, nec tamen cum peccato.

q.16 Item de libertate **queritur**, utrum ecclesie peccent que uendunt et emunt seruos et etiam faciunt seruos, ut xv. Q.viii. Cum multe.

Et uidetur quia a iure naturali, quo reguntur, non debent discrepare, set iure naturali 'omnium est una libertas', ut di. i. Ius naturale.

Econtra uidetur quia Noe primus introduxit seruitutem, ut di. xxxv. Sexto. Non ergo uidetur esse peccatum. Item seruitus est pena ut ibi,
 350 ergo non est peccatum. Item Apostolus: 'Estote serui, subditi dominis uestris', quod non dixisset, si peccatum esset esse seruuum, immo potius iuberet dominos manumittere. Item excommunicantur qui seruos dominis subtrahunt, ut xvii. Q.iiii. Si quis seruuum.

Item **queritur**, utrum ei qui seruus efficitur auferatur libertas.

355 **Et uidetur** quod 'manumissio est datio libertatis', ut in Inst. de libertinis, ergo detrusio in seruitutem est ablatio libertatis.

Econtra: Vna est omnium libertas de iure naturali, ergo omnes, etiam serui, sunt liberi de iure naturali, ergo iure naturali serui non desinunt esse liberi. Item libertas est naturalis, seruitus est ciuilis. Set quod

q.15 331 illud] id *praem.* P 332 Ad] et *praem.* P

q.16 351-353 immo - seruuum *om.* Z 353 quis LZBD et *Friedb.*, qui P 354 seruus] seruos P 355-356 ut in Inst. - libertatis *om.* L de libertinis *ras.* B, de lib'to D 356 est - libertatis *om.* P 357 libertas] ut or(!) est oblatio(!) libertatis *add.* P

q.15 328-333 Cf. Hon. *S. Decr.* ad D.6 p.c.3 (lin. 15-24) 334 C.12 q.1 c.2 338 *ut iam dicetur* cf. Hon. *S. Decr.* D.3 t.1 q.19 (lin. 447-449)

q.16 345 C.15 q.8 c.3 347 D.1 c.7 348-349 D.35 c.8 350-351 *Estote - uestris* cf. 1 Petr. 2.18; Col. 3.22; Eph. 6.5 353 C.17 q.4 c.37 355-356 *Inst.* 1.5 pr.

360 ciuile est non tollit quod naturale est, ut in Inst. de capitis deminutione. Non ergo seruitus aufert libertatem, ergo idem sunt serui et liberi. Set equius est quod est naturale quam quod ciuile, ergo equius potest quis domino seruitutem denegare quam conseruare.

Solutio: Dicatur libertatem ad demonstrationes iuris naturalis pertinere; unde contra illam non est peccatum iuste aliquem facere seruum. 365 Ad secundum dicunt seruitutem esse ablationem libertatis; unde et manumissor eam dat, et secundum hoc libertas est accidentale sicut seruitus. Olim uero fuit naturale. Et quod dicitur ‘una est omnium libertas’ ita intelligitur: ‘est’, idest esse debet iure naturali hoc exigente.

370 Aliis placet etiam seruos esse liberos de iure naturali; unde concedunt eosdem esse seruos et liberos, set non simpliciter, set cum hac adiectione ‘de iure naturali’. Nec tamen equius est resistere quam obedire, quia libertas ligata est et iuste, ne ea utatur. Vnde cum seruus efficitur, ligatur, non tollitur. Sic in manumissione non datur, quia 375 bonum est naturale, set soluitur, sicut auis capta in laqueo, cum soluitur, non datur ei libertas, set soluitur.

q.17 Item de coniunctione maris et femine **queritur**, utrum pertineat ad demonstrationes uel precepta.

Videtur quod ad precepta, quia dictum est: ‘Crescite et multiplicamini’.

380 Item: ‘Maledictus, qui non reliquerit semen super Israel’. Item sponsa premortui eius fratri nubere tenebatur, ut viii. Q.i. Olim, ergo uidetur quod preceptum fuerit.

Econtra: Nam Abel uirgo fuit nec transgressor dici potest, quod esset, si preceptum esset. Item in ueteri testamento licitum erat uirginitatem

385 seruare. Sic ergo uidetur ad demonstrationes pertinere.

Item **queritur** que coniunctio sit a iure naturali.

Videtur quod nulla, quia non legitima, que introducta est a iure canonico, item nec fornicaria, quia illa est peccatum; set nullum peccatum est a iure naturali.

q.16 360 de capitis deminutione *emend. cum Inst.* 1.16; de capitis demō L, de capitis aīm(!) P, de cap. diminutis (cf. *Dig.* 4.5) ZB, de capitis dīmīī D 366 libertatis ZBD, seruitutis PL 367 accidentale L, añale *et lac.* P, ciuile statutum ZBD

q.17 380 Israel P, terram LZBD 381 viii. Q.i.] v. Q.i. Z, v. i. B ergo] § Z, Solutio B 389 peccatum est LZBD, est P² (est *add. et* peccatum *del.*)

q.16 360 *Inst.* 1.16; cf. *Dig.* 4.5 368-369 una - libertas cf. D.1 c.7; cf. Hon. S. *Quaest.* D.3 t.1 q.16 (lin. 347)

q.17 377-410 Cf. Hon. S. *Decr.* ad D.1 c.7 (lin. 6-37) 379 *Crescite et multiplicamini* cf. Gen. 1.28 380 *Maledictus - Israel* cf. S. *Lips.* ad C.27 q.1 c.41 (lin. 19) et Ruf. 439; cf. C.32 q.4 in p.c.2 (*Maledicta*†† sterilis, que non reliquerit semen suum super terram) et *Not. Corr.* ad loc. 381 C.8 q.1 c.8

390 **Econtra uidetur** quod legitima, quia matrimonium Ade fuit a iure naturali; pari ratione et quelibet alia. Item **uidetur** quod fornicaria, quia commixtio brutorum animalium est a iure naturali. Quanto magis hominum, nam utrobique indiscretio?

Solutio: Dici potest ad primum, coniunctionem maris et femine ex post
395 facto precepti fuisse semper ab initio, ante contractum matrimonium semper ab initio fuisse demonstrationis, nisi specialiter sicut in lege precepta esset ob multiplicationem fidelium. Semper ergo ab initio liberum fuit contrahere, liberum abstinere, nisi specialiter preceptum esset contrarium. Ad secundum dici potest quod omnis coniunctio
400 simpliciter in eo quod est coniunctio est a iure naturali, set quod accipit formam talem uel talem, non est iure naturali; ergo ipsum substantiale est a iure naturali, non autem accidentale. Vel dici potest solam legitimam coniunctionem esse a iure naturali, quia Deus, qui est summa natura, eam instituit; illegitima coniunctio non, quia ea re-
405 ceditur a natura. Nec de commixtione animalium obstat, cum illa coire cum peccato non possint, unde et naturaliter coeunt. Vel dici potest coniunctionem hominum esse a iure naturali secundum quod dicitur diuinum, secundum quod sola legitima est a iure naturali, coniunctionem animalium brutorum esse a iure naturali secundum quod
410 dicitur ius naturale 'instinctus et ordo' etc.

q.18 Item **queritur** de uiolentie repulsa, utrum licita sit.

Et uidetur, quia a iure naturali est, a quo nullum illicitum, ut di. i. Ius naturale.

Econtra, quia se defendentes non promouentur, ut di. xlvi. Seditionarios. Item in euangelio: 'Si quis te percusserit' etc., ut xiiii. Q.i. c. i., ii. Item in Apostolo: 'Non uos uindicantes' etc., ut xi. Q.iii. Ira.

Item quod dicitur incontinenti posse repellere uiolentiam, **queritur** quod tempus ibi contineatur, cum incontinenti dicatur fieri quod infra tri-
415 duum fit uel infra decem dies, ut ii. Q.vi. Anteriorum, uel infra mensem, arg. i. Q.i. Constat, uel infra annum et diem, ut xx. Q.ii. Puella.

q.17 390-391 Econtra - naturali *post* hominum (lin. 393) *tr.* ZB 391 fornicaria] for-
nicaria P 392 commixtio] commixtio P 393 utrobique *om.* P 394 con-
iunctionem] ad *praem.* P 397 initio] itio P 399 esset *dupl.* P 404 illegi-
tima coniunctio *emend.*, ille cōia P, ille añt cōia L, formam ZB, fornicariam D
406 coeunt] coeunt P

q.18 415-416 Item in - Apostolo] Item in eodem Z 316 uindicantes LD, iudicantes PZB
318 infra LB, ita P, *om.* Z, s. D 419 vi.] vii. L

q.17 410 *instinctus et ordo* cf. Hon. S. *Quaest.* D.3 t.1 pr. (lin. 22)

q.18 412-413 D.1 q.7 414-415 D.46 c.8 415 *Si - percusserit* cf. Matth. 5.39
415-416 C.14 q.1 cc.1,2 416 *Non - uindicantes* cf. Rom. 12.19 C.11 q.3 c.68
419 C.2 q.6 c.28 420 C.1 q.1 c.111 C.20 q.2 c.2

Item **queritur**, utrum his qui iter perfectionis arripuerunt liceat uim repellere.

Et uidetur, quia omnia iura hoc permittunt, ut in extra. de his qui incidunt in canonem Si uero. Si ergo hoc omnia permittunt, ergo et illa
425 que perfectis sunt proposita uel prodita.

Econtra non uidetur, quia penitentia taliter occidentibus indicitur et biennis, ut di. l. De his clericis, ergo mortale est, uel saltem est ueniale. Set perfecto pro uita conseruanda non licet uenialiter peccare, ut xxii. Q.ii. Ne quis arbitretur. Numquid ergo non licet monacho occidere, ne
430 occidatur?

Solutio: Ad primum dicatur licitum esse uim repellere, incontinenti, flagrante scilicet maleficio, cum moderamine inculpate tutele, causa defensionis non ultionis, que prohibetur in canone Seditionarios et in Apostolo. Illud euangelicum de perfectione consilium propositum. Ad
435 secundum dicatur tunc fieri in continenti, quando sine interuallo fit, uel post modica interualla, dum actu contrario interueniente non aboleri uideatur iniuria. Hoc tamen credimus locum habere, cum res aliqua corporalis adimitur, non cum corpori tantum infertur iniuria. Tunc enim post interualla non liceret. Nec enim esset defensio, set peccati ultio. Circa tertium dissensio est. Placet quibusdam perfectos posse uim
440 repellere etiam occidendo, si alias euadere non possent. Et quod dicitur c. Ne quis arbitretur, de uita alterius loquitur, non de propria. Vel forte nec etiam ueniale est. Quod iubetur penitentia imponi, hoc ad cautelam tantum est. Et quod dicitur in euangelio, etiam perfectis consilium est
445 et citra ordinem. Aliis placet in contrarium exemplo Domini dicentis, paratos esse debere ad omnem iniuriam tolerandam.

q.19 Item his qui iter perfectionis arripuerunt uidetur esse preceptum omnia debere esse communia. Et uerum est, ut supra dictum est. Secundum hoc non potest monachus habere aliquid proprium.
450 Secundum hoc ergo nec cuculla erit propria, nec panis sibi assignatus

q.18 421 uim ZBD, infra P², ui P^{ac}, ui L 423-424 ut in - permittunt *margin.* P, *om.* B
424 Si uero - permittunt *om.* Z 428 perfecto] profecto PZ 440 dissensio
LBD, diffinitio P, discretio Z 440 quibusdam LBD, quibus P, quibus de Z
441 occidendo] occidendo P possent] posset PZ quod *om.* P 445 dicentis
LBD, dicentes P, dentis Z

q.18 423-424 JL 13771; *App.* 14.1; 1 *Comp.* 5.34.5 (X 5.39.4) 427 D.50 c.36
428-429 C.22 q.2 c.14 433 in - *Seditionarios* cf. D.46 c.8 433-434 in *Apostolo*
cf. Rom. 12.19 et C.11 q.3 c.68 442 c. *Ne quis arbitretur* cf. C.22 q.2 c.14

q.19 448 *ut supra* cf. Hon. S. *Quaest.* D.3 t.1 q.15 (lin. 337-340) 450-451 *Secundum - pane* cf. Hon. S. *Quaest.* D.3 t.1 q.19 (lin. 464-468, 483-490); cf. Hon. S. *Decr.* ad D.8 pr. (lin. 11-38), ad C.14 q.1 (lin. 18-20)

proprius, ergo quilibet monachus partem habet in cuculla, in pane. Sic ergo uidetur, si monachus petat panem uel cucullam, ei debeat alius dare. Rem enim communem nullus alii debet negare.

Item **queri solet** quo tempore dici possit panis non communis, utrum
455 fractus, an etiam in ore masticatus dicatur communis.

Item cum una sit ecclesia, uidetur omnium ecclesiarum res communes esse debere. Quid est ergo quod ecclesie et monasteria inter se litigant? Item si omnia sint omnium ecclesiarum communia, quare ergo aliqua uni appropriantur et alia alii?

460 Item **solet queri**, cum abbas res sui monasterii repetit tamquam procurator, cuius nomine repetit.

Non uidetur quod nomine sui collegii, quia non sunt magis sui collegii quam alterius, unde non magis audietur quam abbas alterius collegii.

Item si abbas potest repetere rem sui collegii quia dispensatio sibi est
465 assignata, ergo pari ratione monachus cucullam sibi ablatam, cum contrarium sit euangelicum: 'Si quis uelit tunicam tollere et in iudicio' etc., ut xiiii. Q.i. c. i., uel panem, quorum usus siue dispensatio sibi est, et non proprietas, assignata.

Solutio: In rebus ecclesiarum claustralium tria attenduntur: proprietas,
470 usus, dispensatio. Proprietas solius Dei uel uniuersitatis pauperum; usus omnium indigentium in communi, unde et tempore indigentie non illis qui de collegio uno, set omnibus de quocumque sunt bona cuiuslibet monasterii communicanda; dispensationes singule singulorum collegiorum, unde quod unum collegium ab alio aliqua petit
475 propter dispensationem sibi specialiter assignatam conceditur, non propter proprietatem uel usum specialem. Vnde cum abbas procurator collegii sui est, etiam procurator omnium pauperum est quantum ad usum sui collegii, ratione dispensationis sibi assignate. Et recte statutum est singulas singulis collegiis dispensationes deputatas, cum
480 sic pauperibus melius prouideatur singulariter quam generaliter. De eo autem quod quesitum est quando panis monacho assignatus desinat esse communis, dici potest cum sic est masticatus, quod alii non

q.19 461 procurator LBD, procuratur P, procuratori Z 463 unde non] uñ P
464 repetere] reperet(!) P 467 uel LBD, l. P, item Z panem] pane P
468 non] est add. P 480 prouideatur] -batur P^{pc}

q.19 464-468 Item - assignata cf. Hon. S. Quaest. D.3 t.1 q.19 (lin. 450-451) 466 Si quis - in iudicio cf. Matth. 5.40 467 C.14 q.1 p.c.1 469 tria attenduntur cf. Hon. S. Decr. ad D.8 pr. (lin. 27ss.)

proficeret. Cuculla autem semper est communis. Vel distingue: Quedam ad generales usus, quedam ad speciales usus assignantur, sicut uestis
 485 monacho, panis et huiusmodi, que quidem fratri petenti negare potest nisi ipse indigeat, quod quidem de generalis usus re dici non posset. Vel potest dici nichil posse petere unum ab alio, licet omnia sint communia, sine auctoritate dispensatoris quem sibi in omnibus preposuerunt. Quod ultimo dictum est quod monachus cucullam sibi ablatam posset
 490 repetere, non concedimus. Rem enim ad communes usus assignatam dispensator repetere potest utpote publice intersit. Ceterum monachus rem in proprios suos usus assignatam non potest, nam quasi propriam uideretur repetere.

q.20 Item **queritur**, utrum ius naturale sibi contrarium sit.

495 **Et uidetur** quia aliqua esse propria et omnia communia sunt contraria, set utrumque de iure naturali est. De ultimo constat sicut de primo, quia transire per alienum agrum est ius naturale, ergo iure naturali ager est alienus et sic proprius. Item 'acquisitio eorum que celo terra marique sunt' est de iure naturali, ergo appropriatio. Item libertas est
 500 de iure naturali, ut di. i. Ius naturale. Item seruitus, nam in ueteri testamento et in nouo seruitus est approbata. Et contraria sunt, quia utrumque tollit reliquum. Item tolerantia iniuriarum est de iure naturali, quia ab euangelio, sic eius contrarium, iniurie repulsio.

Solutio: Dicunt quidam ius naturale uno modo acceptum derogare iuri
 505 naturali alio modo accepto. Nec enim inconueniens est, nam demonstrationibus per alias demonstrationes detrahi non est absurdum. Aliis placet ius naturale sibi contrarium nullo modo esse. Est enim in sua substantia idem et inuariabile, set secundum uaria subiecta temporum uel personarum uarios recipit effectus, gratia quorum ius naturale
 510 uarias recipit acceptiones, sicut uerum sibi non est contrarium, cum alium fouet, alium ledit, set habet secundum uaria subiecta que inuenit contrarios effectus, ut ratione unius dicatur tale, ratione alterius tale. Sic ius naturale in sui natura inuariabile secundum uaria subiecta temporum uel personarum etiam contrarios habet effectus, ut ratione

q.19 484 quedam ad LBD, quedam P, quod a Z assignantur L, assignatur PZ, assignatam B, *om.* D 484 sicut LBD, sic Z, cum P 489 ablatam] abbatam P^{pc}

q.20 495 contraria ZB, communia PLD (coīa PL, 9uīa D) 496 sicut] sic P 497 naturale] est *add.* P 501 approbata ZB, appropriata PLD 503 sic *del.* P 507 placet *dupl.* P enim] et *add.* P 509 recipit ZBD, recepit P, habet L 512 contrarios] habet *add.* P ut] in *add.* P tale¹ *om.* P 513 ius] iure P

q.19 483-490 *Cuculla - concedimus* cf. Hon. S. *Quaest.* D.3 t.1 q.19 (lin. 450-451)

q.20 498-499 *acquisitio - marique sunt* cf. D.1 in c.7 500 D.1 c.7

515 unius dicatur 'ius naturale est quod natura omnia animantia docuit',
ratione alterius dicatur 'licitum et approbatum' etc. Sunt enim quedam
temporis uel persone que hunc effectum sibi uendicant ut omnia sint
communia, alia que uolunt aliqua esse propria. Item quedam que uolunt
omnes homines esse liberos, alia que aliquos seruos. Item quedam que
520 admittunt omnes iniurias, alia que omnes repulsas. Et secundum
uarietatem effectuum uarias ius naturale dicitur habere acceptiones.
Omnia ergo esse communia, omnes esse liberos, uiolentiarum repul-
sionem, dicimus unum esse effectum iuris naturalis, secundum quem
dicitur ius naturale 'ordo et instinctus nature' etc. Aliqua esse propria,
525 aliquos seruos, alium effectum secundum quem dicitur ius naturale
'licitum et approbatum' etc., iniuriarum tolerantiam alium effectum
secundum quem dicitur ius naturale 'ius diuinum' quod in euangelio
continetur.

q.21 Item **queritur**, cum acquisitio 'omnium que celo' etc. dicatur
530 esse a iure naturali, ut di. i. Ius naturale, qualiter 'occupatio sedium'
dicatur esse a iure gentium di. i. Ius gentium, cum ius idem sit,
acquisitio quod occupatio, et diuerse sint species iuris ius gentium et
ius naturale.

Item seruitus sit a iure gentium? **Non uidetur** quod sit a iure naturali.

535 Item cum iniuriarum repulsa sit a iure gentium, ut ff. de iustitia et iure,
non uidetur quod sit a iure naturali, uel si idem est, ab utroque. Non
ergo per opposita data fuit illa diuisio.

Solutio: Ad primum dici potest quod acquisitio uacantium est a iure
naturalis, occupatio non uacantium est a iure gentium, ubi licita est
540 pugna; alias non esset a iure gentium. Item seruitus est a iure gentium
ut eius species a iure naturali per approbationem. Vnde secundum hoc
dicitur ius naturale 'licitum et approbatum'. Item iniuriarum repulsa est
a iure gentium, uiolentie repulsa est a iure naturali, et ita per opposita

q.20 517 sint] sit PZ 519 aliquos BD, alios PZ, omnes L que² emend., om. PLZBD
525 naturale] quod add. P 526 licitum] est add. P^{pc} approbatum] appropria-
tum P 527 ius diuinum] in diuinum P

q.21 537 diuisio] d'ifio P 542 dicitur om. P

q.20 515 ius - docuit cf. Dig. 1.1.1.3 et Inst. 1.2.pr.; cf. Hon. S. Quaest. D.3 t.1 pr. (lin. 23-24)
516,526 licitum et approbatum cf. Hon. S. Quaest. D.3 t.1 pr. (lin. 25) 524 ordo -
nature cf. Hon. S. Quaest. D.3 t.1 pr. (lin. 22)

q.21 530 D.1 c.7 531 D.1 c.9 535 Dig. 1.1 542,548,550,562,571 licitum et
approbatum cf. Hon. S. Quaest. D.3 t.1 pr. (lin. 25)

data est illa diuisio. Vel dici potest secundum unam acceptionem
 545 tantum datam fuisse per opposita illam diuisionem, secundum quod
 dicitur ius naturale 'ordo et instinctus nature' etc. Secundum alias
 quasdam consonat ius naturale cum iure gentium secundum quod
 dicitur 'licitum et approbatum' et 'iudicium rationis'. Vnde seruitus,
 approbatio, iniuriarum repulsa est a iure naturali secundum quod
 550 dicitur 'licitum et approbatum' et 'iudicium rationis'.
 In summa uero sciendum est coniunctionem maris et femine simpliciter
 esse a iure naturali secundum quod dicitur 'ordo et instinctus' etc. Et
 secundum hoc congruit omni animanti. Secundum quod homini soli et
 legitima dicitur esse a iure naturali, secundum quod diuinum dicitur,
 555 quia Deus qui est summa natura in paradiso eam legitimam instituit.
 Propagatio, educatio, communis omnium possessio, una libertas, secun-
 dum quod dicitur 'ordo quidam' etc. Sic et repulsa uiolentie. Iniurie
 uero repulsa secundum quod dicitur 'iudicium rationis'. Sic et deposite
 uel commodate rei restitutio. Vel potius continetur sub illo precepto
 560 'quo quisque iubetur' etc. Acquisitio, si uero fiat ad communes usus,
 secundum quod 'ordo et instinctus' etc., si ad proprios, secundum quod
 dicitur 'licitum et approbatum' etc. Item sedium non uacantium occu-
 patio, licet magis proprie dicatur cum iure gentium, tamen a iure
 naturali secundum quod dicitur 'iudicium rationis', uel etiam secundum
 565 quod 'iubetur quilibet alii facere quod sibi uellet fieri', cum sibi hosti
 hoc debere fieri debeat uelle. Item cum dicitur 'transire per agrum
 alienum fas est', idest nuda equitas et demonstratio iuris naturalis, ui-
 detur per hec uerba confundi ius naturale. Set distingue: Cum dicitur
 'fas', demonstrat rudem et informem equitatem iuris naturalis, secun-
 570 dum quod dicitur 'ordo' etc., cum dicitur 'alienum' demonstrat ius natu-
 rale, secundum quod dicitur 'licitum et approbatum', uel ius gentium.

q.21 548 approbatum] appropriatum P, comprobatum D 549 approbatio] appropriatio
 PD 552 esse om. P 554 legitima LBD, legitimam P, legitime Z
 555 instituit ZBD, instatuit P, constituit Z 562 approbatum] appropriatum P
 565-566 cum - fieri marg. P

q.21 546,552,557,561,570 ordo (quidam) et instinctus (nature) cf. Hon. S. Quaest. D.3 t.1 pr.
 (lin. 22) 548,550,558,564 iudicium rationis cf. Hon. S. Quaest. D.3 t.1 pr. (lin. 41)
 560 quo - iubetur cf. D.1 pr. 565 iubetur - fieri cf. D.1 pr. 566-567 transire - fas
 est cf. D.1 c.1

q.22 Item cum dicitur ius aliud naturale, aliud positium, **queritur** utrum sit per opposita hec diuisio.

Resp.: Dici potest quod sic. Set secundum hoc larga est acceptio iuris
575 naturalis, ut comprehendantur omnes acceptiones iuris naturalis. Et
tamen inspecta proprietate uocabulorum ius legale, euangelicum,
apostolorum, generalium conciliorum positium dici potest. Sibi enim
appropriatum hoc nomen naturale. Solum ergo ius canonicum et legale
humanum positium dicitur.

q.22 575 ut - naturalis^g *marg.* P